



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Sabbatum. vi. in quadragesima: q[uod] virbo. b. est a nobis salutanda
quod e[st] per Aue.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

Tercius dicitur. Ubi puer. iij. Mansuetudo dabit gratiam dominus Ecclesiasticus. i. Mansuetudo est ei mansuetudo. In psalmo. clix. Exaltavit mansuetos in salutem. Mat. v. Bini mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Nota in hoc mites. Quadruplex generatio possidet mundum. Prima est fatuorum quae totum mundum facit suum. Sunt domini sine tristitia. Secunda dupliciorum: qui vadunt ad complacendum per viam placetie. Officium infamorum est hoc. Tertia sunt hypocrite: qui mundum deludunt totum mundum istorum est. Si quis vult esse amicus huius mundi: vadat cum collo torto. Iste mundus vult decipit: quoniam decipit eum non est amicus. Quarta mansuetorum: qui habet conversationem benignam: Ubi ps. Mansueti autem hereditabunt terram. Moses secundum Dionysium propter mansuetudinem suam fuit dignus apparitione diuina. Quod si tu quod egeris sinendo iras punireberis hinc et cetera.

Sabbato in ramis palmarum. De saluatione marie: que est puer. quomodo inducitur.

Salutate maria

quae plus omnibus laborauit. Ad rom. xvi.

Exemplum vincet hystoria. De theophilo qui pauperimus vice dominus fuit cuiusdam episcopi. Qui ab ipso episcopo fuit depositus officio suo. Desperatus super hoc demonem inuocauit. et matrem cum filio negauit: et ei cyrographum signum ne propter fecit: ac sigillatum demoni tradidit in crastinum Theophilus in gratiam episcopi recipit demonis pro curatione: et suo officio restituit. In se reuersus post paucos dies ad virginem confugit. In nocte sequenti apparuit ei virgo maria ipsius redarguens. Ad preceptum eius demonem renunciauit atque matri et filio est reconciliatus. De mon autem coactus est dare cartam Theophilorum coram omni populo retulit quod acceperat. Et cunctis admirantibus et virginem laudantibus: post tri-

duum in pace quiescit. Unde ipsa saluamur. Ave maria: Salutate mariam et cetera. humanus sensus deficit lingua heret palato omnis hominum sermo minuitur dum mens mea venit in considerationem dignitatis et excellentie ipsius marie. Quapropter merito ipsa altis preconibus debet coli. hinc sententiam Jacobi de voragine in mariali. Ecclesia sancta salutat virginem in officio diuino in diuersis modis. Primo salutat loco et vice trium personarum: scilicet trinitatis dicentis. Ave gratia plena. Que saluatio fuit facta per angelum. Secundo ecclesia virginem salutat vice et loco omnium angelorum cum dicit tempore paschali. Regina celi. Que fuit facta ab angelo: christo resuscitato. Tertio ecclesia salutat ipsam vice et loco omnium sanctorum: qui sunt in patria omni sabbato inmissa dei. Salue sancta parens: Quarto ecclesia eam salutat omni die in complacendo: loco et vice omnium peccatorum: qui sunt in mundo dei. Salue regina in ficor die. Ideo assumpsit verba. Salutate mariam et cetera. In quibus verbis videmus conclusionem quod maria est saluanda a nobis. Ad quod inducitur triplici ratione.

Primo. ratione resalutationis.

Secundo. ratione inuentionis.

Tertio. ratione cooperationis.

Primo. Naturale hoc requirit per vna persona salutata: ut resalutet. Secunda vita. Saluus sis hodie. saluus sis hodie et per annum. Ad Rom. xvi. Salutate in uice in osculo pacis. Alibi honore in uice puenientes. Ad propositum: Si nos maria salutamus: ipsa resalutat nos. Saluete filii et cetera. Sed per maiori noticia. Nota secundum Theophylum super aue maria. Quod in testamento veteri angelica natura erat tante dignitatis. quae a natura humana adorabatur. Et magnus erat privilegium nature humane: si hoc agere posset. Unde ad laudem Abrahæ scribitur Gen. xxiij. quod angelos recepit hospitio. et exhibuit eis reuerentiam: et quod tres vidit et unum adorauit. Unde natura humana in to

Sabbato.

to subijciebatur nature angelice. hec autem subiectio erat propter hoc: qz natura angelica erat maior natura humana: quo ad tria.

¶ Primo: quo ad dignitatem.

Secundo: quo ad familiaritatem.

Tercio: quo ad plenitudinem.

Primo quo ad. rē. Qz angelus est nature spūalis: iuxta illd. ps. Qui facis angelos. rē. Et phus. xij. Metaph. appellat angelos substantias separatas homo autem est nature corruptibilis: Un̄ dauid. Ego sum vermis. rē. et Abraham. d. Loquar ad dñz: cū sim puluis et cinis. Indecēs ergo erat: vt spiritalis creatura exhiberet reuerentiam corruptibili. Secundo quo. rē. Angelus erat deo familiaris: vt pote dō assistēs. Dauid. vij. Millia millia assistebāt ei: et decies centena milia ministrabāt ei. hō autem erat quasi extraneus et elongat⁹ ab eo p pctm̄. Un̄ ps. Elōgau fugiens. Tercio q̄ ad plenitudinē. Angeli em̄ participant ipm̄ lumen diuinuz in sūma plenitudine. idē semp̄ cuz lumine apparent. homines autem et si aliqd̄ participant de ipō lumine: par tñ et in obscuritate quadam. Quia ḡ his tribus natura angelica excedebat naturaz humanam. ideo adorabat ab ipō homine. Sed post: q̄ in vltima etate grē. inuēta est vna mulier q̄ angelos excedebat in his tribus. Et quo ad diuinitatē: qz mater dei. ex qua maternitate p̄trahēbatur affinitas infinita. que melior fieri nō potuit: vt h̄z Tho. i. par. q. xxv. ar. vi et in. i. sen. di. xliij. ar. iij. et bon. in. i. di. xl. Et Dam. in. iij. Et quo ad familiaritatem: qz cuz ipsa est tota trinitas Lu. ij. domin⁹ tecū. Et quo ad plenitudinem: qz plena gratia. Ave inq̄t gratia plena. Ideo nullus est angel⁹ qui ipsam honoraret. Ave inq̄t gratia plena. q. d. exhibeo reuerentiam tibi: qz sine ve. Ave inquit. Qd̄ v̄bz plurimum placet marie. Unde benedictus de bassis in summa theologie. di. Qd̄ tale gaudium habet quando

dicatur aue. quale habuit qñ fuit ab angelo salutata. Unde Ber. Celsi ridet: angelus gaudet: mūdus exultat: infernus contremiscit: demones fugiunt: dum dico Ave maria. Ille. Exēplū vidue helizabelt. que retulit suo confessori: q̄ nocte quadam cū in suo lecto quiesceret venit maria ad ipaz quam assidue salutabat per verbum Ave. et dixit sibi. Dormisne filia: cui dixit. Nō dñā mea. sed cupio informari cur ad me peccatricez venisti. Rñdit h̄go. Veni vt doceaz te et oēs meos fideles: vt nō desistant a salutatio ne angelica: eo q̄ gaudiuz maximuz mihi p̄stant. Et sicut ineffabile gaudium habui qñ angelus mihi nunciavit filij mei incarnationē: sic nūc cū eadem verba a peccatorib⁹ replicantur. Un̄ quidā vulgaris. Qui cupit saluari in mariā uertat oculos. Deinde illi corde hūili genuflectat. Un̄ patet p̄ma ratio. ¶ Secundo ratione. rē. Conclusio est Canonistar. xiiij. q. vi. c. Si quid. et c. Multi. quicqd̄ inuenisti et nō reddidisti rapuisti. et ff. de furtis. l. falsus et ff. de iniurijs. l. conditio. ff. de cōditione indebiti. l. rex. ff. rerum amotar. Ad p̄positum. Ex peccato ade mundus grām pdidit. Ad ro. v. per vnū hominem pctm̄ in hunc munduz intravit. Que gratia fuit q̄ sita per oēs etates. In p̄ma etate per oblationem sacrificiorū in Abel. In secunda etate per immolationem aiali. um in Noe. In tertia etate per decimas in Abraham. In quarta etate: per circumcisionem tempore moysi. Sed nullus illam inuenire poterat maria sola excepta. Non Sarra. Non Rebecca. Non iudith. rē. Quid dicis o gabri. Luce. xx. inuenisti grāz ap̄ deum. Quā grāz inq̄t Ber. Dei et hominū pacē. mortis destructionē. vite reparationē. Ille. Et Nico. de lyra. Inuenisti grām nō solū p te: sed pro humano genere. hec est em̄ que totius mūdi reparationem obtinuit salutez hominum impetrauit. Ille. Ad propoll

nam inuenit quidem gratiam. Et res in-
uenta debet restituere. Et sic necessario
conclude: quod maria cogitur peccatorem
adiuare: cuius de nostro habeat: et gra-
tiam peccatori restituat. Aliter dice-
mus o maria te esse furti notandam.
Ubi Ignatius in epistola de maria.
Impossibile est aliquem peccatorem o-
mnino saluari. nisi per tuum auxilium et fa-
uorem. et Cassianus. Tota salus hu-
mani generis: consistit in plenitudine
gratie marie. et Anselmus. Sicut im-
possibile est: quod illa a quibus virgo ma-
ria oculos sue misericordie auertit:
saluentur. Ita necessarium est: quod hi ad
quos auertit oculos per eius aduocans in-
terficiantur. Ille. Exemplum mulieris ro-
mane que filiam peperit: quam docuit. A-
ue maria. omni die dicere. Dedita autem or-
nata: una die demon appuit post cho-
reas dei. Ueni mecum inquit. Quis es tu
Demon ait: qui te ad infernum adduce-
re volo per tuos demeritis. Cuius illam
traheret vi. Clamare cepit. Ave ma-
ria. replicans illa uerba sepiissime. R-
ndet demon. Maledicta sis illa mulier
que te hac orationem docuit. Si non dixis-
ses iudicio dei te certe ad infernum du-
xisset. O christiane ipsam saluta. Figu-
ra. iij. Reg. ij. de bersabee: cui dixit
filius eius postquam in throno in dextera
collocauit. Pere a me quod vis et dabo
tibi. Neque enim phas est ut auertat fa-
ciem tuam. Moraliter. Iste est filius dei:
qui postquam matrem suam collocauit
secum in throno regio ei concedit que
quid uult per suis donotis esse saluati-
onibus. O quomodo esset mundus nisi esset
marie supplicationes que filium cogunt
Ubi quidam vulgaris. Piam te mon-
stra mihi. O quomodo es foanosa nam tantam
habeo delectationem in tuis laudibus:
ideo ante tuum natus intercede pro
me. Unde patet secunda ratio.
Tercio ratione. et c. Inducimur eam
salutare: quod fidem sustentauit. Unde
Alb. super missam est. c. clxxxvij. di. quod
privilegium passionis christi fuit concesso
marie in passione filii que sola fuit que

fidem crucifixi dei et hominis habuit: et si-
cut totus mundus obligatur deo christo
per passionem: ita marie per fidei sus-
tentionem. Unde signanter dicit.
Jo. xix. Cantu. Stabat iuxta crucez ies-
us mater eius: sed quod agebat. Quid o-
maria faciebas ibi. Dic per charita-
tem: dic mihi quid? Rndet Alber. di-
cendo quod tria. Primo stabat doloribus
plena. Secundo fide leuata. Tercio amo-
re succensa. Primo doloribus: quia
omnes dolores partus quos alie mulie-
res in partu sustinent: et omnes dolo-
res mortis a quibus homo fuit immu-
nis fuerunt ei reseruari tempore passionis
filii sui. Qui dolores fuerunt intensi
triplici ratione.
Ratione sui.
Ratione filii.
Ratione supplicij.
Primo ratione sui. Quia erat mater. Et
hoc. v. modis. Primo mater. Secundo tota
intra. Tercio unici filii matris. Quarto quod
pater matris. Quinto impotens matris. Pri-
mo mater: ideo dolor carabat. Plus. n.
mater dolet de filio: quod plus labora-
uit. O quantum dilexit filium suum. De quo
Cant. iij. Nunciate dilecto meo: quod quod
more languet. Secundo quod erat tota matris.
Quia enim dolor diuiditur in multis: minor
inuenitur in singulis. Si enim aliqua muli-
er filium amittat dolorem cum suo patre diui-
dit. Ideo talis dolor ex tali diuisione
minuitur. Virgo enim cum nullo homi-
ne aut patre dolorem suum diuidere
poterat: quod nullus pater ibi erat. Quia
totum corpus christi assumptum est ex ma-
ria. Et patrem ibi non habebat per carna-
lis: quod erat putatum. Ubi intensius a-
mabat. Tercio quod erat unici filii matris.
Si aliqua mulier filium perdit: si alios
habet recipit consolationem quod alios habet.
Maria autem nullum alium habebat: nec ha-
bere sperabat. Ubi doluit. Quarto. quod
sens erat mater. Quia matris ante oculos ui-
det filium suum occidi dolet. Maria autem
videbat filium suum occidi et male tra-
ctari ideo doluit super omnes mulieres. Qui-
to: quod erat impotens matris ad eum uiuandum.

Dominica

Magna consolatio est matri. Quando filium suum potest in morte amplexari et osculari. Maria autem in nullo poterat eum adiuvare. Audiebat ipsum si tire. Potum non poterat porrigere. Videbat eam in crucem stentem non poterat consolari. Videbat ipsum vulneribus plenum: vulnera non poterat attingere. Unde erat doloribus plena super oes. Secundo dolor causabat ratione filii: quia erat bonus. Mater multum dolet quia perdit filium bonum: sapientem: et in omnibus obedientem. Maria autem prodebat filium sanctum et bonum. Unde dolebat super oes: ratione illius bonitatis. Tercio ratione supplicium. Videbat eum pati penam ignominiosam. Sap. ij. c. Morte turpissima condemnatus est. Den. xvij. Maledictus homo qui proderit in ligno. Preterea dicit dicitur tholosanus: quod martyr fuit et eius martirium superat martirium aliorum martirum triplici ratione. Prima: quia fuit martirium amoris aliorum autem fidei. Secunda quia alii sunt percussus in corpore: ista autem cor: quia christus et in christo. et eodem ictu quo christus. Unde tota lachrymosa stabat ad crucem. Jo. xix. Stabat iuxta crucem iesu matris eius. Ubi eras o maria. Ad crucem. ¶ Secundo fide levata: quia fide sustentabat a qua oes apostoli fuerunt prostrati. Secundum Alb. apostoli a tribus in passione ceciderunt. in quibus maria stetit. Primo a fide a qua maria non cecidit quia sollicitus eam firmavit. Unde figurat per stellam maria quam ceteris cadentibus nunquam defecit. Secundo a gratia. Ipsa non cecidit ut apostoli: sed firma permansit. Tercia a societate christi: quia omnes fugerunt. Maria autem cruci semper fuit coniuncta. Canta iterum. Stabat iuxta crucem iesu mater eius. Et hoc dicit Leonardus de vitino sermone de annunciatione virginis quod nisi tempore passionis christi permansisset fides in maria mundus tunc finisset. Tercio stabat amore succensa: quia et ipsa pati volebat cum filio pro salute mundi. Unde Ber. optabat ipsa sanguinem su-

um addere: et cum filio sacrificium vesperarum celebrare: quod etiam patet per ambrosio. O amor virginis huius. Unde ipsa salutare debemus. Salutate mariam. et. Exemplum. Quidam magnus peccator fuit qui ex consuetudine volens ire ad peccandum ventens ad altare ante imaginem virginis stans eam salutavit angelica voce. Ave maria. Cum semper faceret: vidit imaginem virginis cum puero in sinu in cruce vulneratum et cruciatum totum: sanguinemque in gremio matris effundentem sicut viderat in cruce. Quo visio: obstupescens dixit. O mater misericordie. Quis hoc fecit. Et virgo respondit. Tu et ceteri peccatores qui amplius crucifigitis filium meum quam iudei. Et peccator ille ad virginem dicebat. O mater misericordie intercede pro me. Et illa. Vos peccatores vocatis me matrem misericordie: qui tamen non cessatis facere me matrem misericordie esse et tristitiae. Et ille: O mater non dicatis sic: sed mementote eam advocatam peccatorum: et intercedere pro me. Et mater ad filium. O pessime fili mei amore miserere huic peccatori. Respondit. Cum sim tuus filius tibi negare non possum aliquid. Unde peccatori veniam dedit. Salutate mariam. et.

Dominica in ramis palmarum.
De misericordia divina.



Certe rex tuus

venit tibi mansuetus sedens super asinam. Mat. xxi. Si collectis omnibus sensibus ad mentem et cum oculo intellectus perspicaciter consideremus rationales creaturas capaces rationis. dotatas intellectu: spiritusque sit intus per cordialis et visceratus amor illius summi dei: erga infelices et desyratiatam naturam humanam dubium non est quod miserimus peccator prostratus ad pedes crucis. indulgentiam et veniam peteret.